

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Speculum Quaestionum moralium, in universam  
Aristotelis philosophi summi Ethicen**

**Case, John**

**Francofurtum, 1597**

**VD16 C 1242**

Cap. II. - An obiectum amicitiae sit bonum amabile? [...]

[urn:nbn:de:bsz:31-109038](#)

Resp.

*Idem est obiectum materiale utriusq., nempe bonū alterius, sed idem nō est formale, nēpe proportio arithmeticā in damno & lucro posita.*

*An legumlatores magis circa amicitiam quam circa iustitiam studeant?*

Opp.

*In iustitia omnia legum praecepta ac instituta ciuitatis continentur: ergo legumlatores magis iustitia quam amicitiae studere debent.*

Resp.

*Iustitia* Legalis, cui magis student.

*duplex* Particularis, cui minus & sic intelligi est, tur textus philosophi.

### C A P. I I.

*An obiectum amicitiae sit bonum amabile?*

*An recte definitur amicitia?*

Diligenda in quibus est causa diligendi.

O B I E C T U M amicitiae vulgo amabile dicitur, quod est aut propter se, vt bonū animi: aut propter aliud, vt id quod utile vel iucundum habetur: bonū animi est ut virtus, quā studiosi viri propter se in aliis diligunt: bonū utile & iucundum, quod ad aliud. i. ad honestatem virū referri debet: quippe non omnia sunt

sunt diligenda, sed ea duntaxat (ut hic  
ait philosophus) in quibus inest causa di-  
ligendi: hinc concluditur, quod rerum  
inanimatarum nulla sit cum homine a-  
amicitia: ratio est, quia in illis non est reci-  
procus mutuusq; amor; quem inter a-  
mantem & rem amatā fluere & refluere,  
non aliter quam mare ad motū & influ-  
entiam lunæ oportet. Ut ergo intelligi-  
bile est obiectum intellectus. & sensibile  
sensus: ita amabile (id est, res talis qua in  
se causam amandi habet (est quidem ob-  
iectum amicitiae qua ad hunc modum ab  
Arist. hic definitur, Amicitia est mutua  
& non latens benevolētia inter illos qui  
se vlt̄o citroq; bonis afficere student &  
conātur. Animaduerēdū hic est amici-  
tiam in genere non in specie definiri. Est  
enim amicitia in specie virtus, qua solum  
boni & studiosi inter se propter similitu-  
dinem morum conglutinantur.

Amicitia in  
genere quid  
sit.

Amicitia spe-  
cialis & pro-  
pria qua sit.

#### *Distinctio prima questionis.*

- |               |   |
|---------------|---|
| Obiectum      | Externum & per accidens, ut utile & iu-<br>cundum.                            |
| amicitiae est | Internum Simplx, ut virtus.   |
| Duplex,       | & per se, ut Mixtum, ut virtus cum v-<br>eritate honestum tilitate coniuncta. |

*Distinctio-*

101 SPECULI MORALIVM

*Distinctio secunda questionis*

Amicitia est Propria, quæ postea definitur.  
duplex, vel Communis, quæ hic describitur.

Opp.

*Virtus virtutinon est obiectum: ergo virtus seu bonum animi non est obiectum amicitie.*

Refd.

*Virtus consideratur, vel*      *Absolutè, vt est habitus: & sic non est obiectum.*  
*Comparatè, vt est relatio: & sic obiectum amicitia dicitur.*

Opp-

Vtile & iucundum ut fines sequimur: ergo propter aliud non expetuntur. Antecedens est Arist. in textu. Argumentum est in primo Ethicorum.

Resp.

*Sequimur aliquando ut fines apparentes non per se.*

Opp. contra secundam qua-  
stionem.

*Cap. 5. lib. 9. negat Arist. amicitiam esse benevolentiam: ergo male hic definit.*

Resp.

*Illic strictè, hic fusè nomen benevolentiae sumpfit.*

Opp.

Latebras & recessus alterius animi nemo scire potest,  
quippe nemo mortalium nouit an verè quis diligat, an  
odio

ORALIVE  
quaestio  
offea definitio  
ac hic definitio  
QVAESTION. LIB. VIII. 506

odio habeat: ergo non est necessario ut sit nota certa, be-  
nevolentia sicut definitio postulat.

Resp.

Scientia hic pro coniectura seu opinione in experie-  
tia fundata sumitur: quae sepe fallax non est si modio  
salis, ut aiunt, conditatur.

C A P. III.

An recte diuidatur amicitia in  
tres species.

DEFINITIONEM amicitiae diuisio  
deiudicem sequitur, nempe ut alia sit  
per se, alia per accidens: illa studiosa &  
firma, haec utilis vel iucunda dicitur. Ut  
ergo est triplex obiectum amicitiae, ho-  
nestum, utile, iucundum: ita tres species a-  
miticiæ assignantur, quarum prima ab ho-  
nesto, secunda ab utili, tertia à iucundo  
fluit. Haec duo postrema genera scilicet  
ab utili & iucundo nihil firmitatis, nihil  
constantiae habent. Qui enim utilitatis  
causa amicitias sequuntur, suis commo-  
dis; & qui delectationis causa, amorem

Amicitiae  
tres species.

Amici facti  
plurimi re-  
periuntur.

sua ipsorum voluptate metuntur: quippe  
alios non colunt, quia boni sunt, sed quia

M m vti-